



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

36. Intrumento exemptionis amisso an probetur per illius confirmationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## QVÆSTIO XXXVI.

Instrumentum exemptionis amisso, an probetur per illius confirmationem.

## SUMMARIUM.

1. Exemptio an vires sumat à confirmati-  
one. 2. Hodie privilegium non valet nisi sit con-  
firmatum. 4. Quid si adjecta sint clausula mai-  
ores.

**I**tem est probari, nam exemptio vires suas & robur etiam assumit à con-  
firmatione glo & ibi ad cap. si Romanorum in verbo desint. dist. 19. Iason Barib.  
& DD. in privilegia C de sacros. Eccles. Fel. cap. inter dilectos col. 6. in fin. de fide instr. late  
Gail. lib. 1. obs. 1. per tot. n. 16. Card. conf. 118. Illius scilicet, qui autoritatem habet  
communitates seu exemptionem concedendi Card. d. conf. 118 col. 2. vers. in contrari-  
um dixi supra. Idque maxime hodierna praxi & consuetudine, qua privilegium prom-  
delle non potest nisi prius solemniter fuerit confirmatum Rebuff. ad const. reg. tit. de  
appellat. art. 2. glo. una n. 16. Cremen. sing. 81. Declaratur id verum si de mente & vo-  
luntate tercia principis constat, alioquin enim in generali confirmatione presumitur  
actum confirmasse eo modo quo de iure communi solet, ita nempe ut confirmatio  
privilegiorum veterum nihil novi adferat, cap. cum dilecta cap. quia intentionis de pri-  
vileg. Gail. d. obs. 1. n. 6. Secus si Pontifex id confirmet mente tercia & ex plenitudine  
potestatis, de qua tamen nisi aliter appareat non presumitur v. Gail. d. obs. 1. n. 17.  
Item si cum clausula ex certa scientia, quæ æquipollet plenitudini potestatis v. Gail. 4  
lib. 2. obs. 36. n. 14. VVames. conf. 64. n. 2. som. 1. adde supra lib. 1. qu. 8. n. 8.

## QVÆSTIO XXXVII.

Ecclesia exempta quinam censeantur exempti.

**D**ico primo quod exempta Ecclesia exemptus censeatur Vicarius perpetuus Præ-  
latus Canonici & clerici Ecclesie Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de vicariis per-  
petuis n. 16. cap. per exemptionem de privilegiis in 6 ubi late Franc. dec. conf. 152.  
Quod tamen limitandum est, si Prælatus seu vicarius non esset de corpore Ec-  
clesie  
Ss. 2